



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Alia Ignatii miracula. 275

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

Religiosè venerandos animum applicuit, omne illud libidinis incendium, quo miserri-  
mè depascebatur, ac pænè in-  
saniebat, velut frigidâ restin-  
xit.

275. Hæc omnia pluraque talia, quæ sciens prætereo, etsi non in vulgaribus miraculis habentur; vnum tamen ego præter cetera egregium semper duxi; quod **IGNATIVM** videbam à **DEO** prin-  
cipem eius condendæ Religionis datum, cuius talis inter bonos iuxta ac improbos opera esset futura. Nam ei utrique in rem tanti nominis audendam, parem **DEVS** animum indidit. Tum deinde, si quis reputet, quantus ille, qualisque de profano milite, & quem admodum euaserit; quo vinculo diuersissima Sociorum ingenia iunxerit; quæ perperis, & quoties periclitatus, supra humanam

fidem durârit, atque vicerit: is nihil profectò nisi perpetuum vitæ miraculum clamitabit. Præterea consilium humano maius mirabitur, quisquis leges ab eo nostræ Religioni latas perpende- rit; quâ illas tam similes ceterarum, & quâ item voluit esse tam diuersas. Adhæc prodigij simile fuerit, familiam eius per vniuersum orbem videre propagatam; & prouincijs tribus ac viginti, Collegijs autem domicilijsque ccc. circumscriptam: Idq; omne factum cogitare. annis non amplius sexaginta: nã tot, ab erecta Societate ad secularem annum c. 10. c. pernumerantur. Iam si fructus bonis arbitris æstimetur, quem IGNATIÏ ductu, eius posternas edidit, facilè apparebit rem admiratione dignissimã esse. Sentiant pridem & ringuntur hæretici: pij probiq; gratulantur. Ac  
nisi

nisi erubesceret calamus, prom-  
 tum foret ostendere, Religio-  
 nē, mores; Gymnasia, tēpla, cœ-  
 nobia; vrbes, prouincias, Regna;  
 non postremam ab hac eius fami-  
 lia opem accepisse: solamque hæ-  
 resin & stygem ei bellum & indi-  
 xisse & fecisse. Sed hæc talia scri-  
 bere verecundia mea non sinit;  
 vix permittat audire.

276 Corollariū attexā, & quā  
 præclarè de I G N A T I O adhuc su-  
 perstite senserint multi, osten-  
 dam. Nam de familiaribus qui-  
 dem, Franciscus illum Xauc-  
 rius itā coluit, vt nomen eius au-  
 tographum in sinu circumferret,  
 ceu alexicacon vincendis qui-  
 busuis periculis factum. Qui ad  
 eundem ex Indijs litteras datu-  
 rus, in genua se demittere et-  
 iam consuevit: argumēto, quan-  
 ti apud Franciscum I G N A T I V S  
 esset. Porro qui primus est olim

O 3 inter